



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciaae Liber vnus**

Sanderus, Antoine

Antverpiae, 1625

Ioannes Mota.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10172

Parochialis clerus ante eorum aduentum ignorant. Illud tamen in confesso est magnam olim in Ecclesia sancti Iohannis peregrinationem multamque populi deuotionem in die obitus sanctæ Idæ ad eius altare ac tumbam contigisse. Sed quæ postea superuenerunt in eandem Ecclesiam Diuorum Bauonis, Leuini & aliorum celeberrimæ, certissimæque Reliquiæ, videntur memoriam sanctæ Idæ velut obscurasse, cum autem Cornelius Iansenius primus, foelicis recordationis Episcopus feretra Ecclesiæ suæ visitaret, quæ annis ferè duobus ob Guesiorum persecutionem, in locis secretis ac subterraneis latuerant, in vnus scrinij schedula reperit scriptum Reliquiæ sanctæ Idæ Virginis & Martyris, cum tamen historia, quæ in manuscripto quodam libro in veteri Ecclesia Diui Iohannis seruabatur, habeat eam matrem fuisse sanctæ Vrsulæ, & de martyrio ipsius nullam faciat mentionem, sed vtrumque hoc est, Reliquiæ in munda lintea, & in nouum feretrum sunt translatae.

IOANNES MOTA.

Eques auratus, vir religiosissimus & sanctus nominatur ab Harduino in manuscripto Diuorum Flandriæ catalogo.

I O N A T V S

Abbas Marchianensis.

AMandus Traiectensis & Aubertus Cameracensis *i. Aug.*
Episcopi Monasterium Marchianense à B. Rictrude
Adalbaldi Ducis Duacensis vidua constructum in honorē
SS. Pe-

Q 3

SS. Pe-